

PROMPTUARIUM HERODIANI

seu

INDEX HERODIANI ABSOLUTISSIMUS,

à quo

LECTOR STUDIOSUS, ad suum usum depromere poterit

Omnia ejus vocabula Græca, secundum naturalem ipsorum seriem, ad faciliorem cujusvis analysin in sua principia, posita, cum eorum genuinis significationibus Latinis, & Accidentibus Grammaticis, item phrasiologia, & elegantioribus sententiis: additis interdum omnibus locis, in quibus per totum autorem occurrunt: item variis Lectionibus, & nostra expositione: ut passim & Commentarii & Concordantiarum usum præstare possit.

Accessit in fine locuples Index Latinus, ut pro duplici Lexico, & Græco-Latino, & Latino-Græco, utentibus inserviret.

AUTORE

BALTASARE SCHEIDIO,

Theol. D. & L. L. Hebrææ Græcæque in Academia Argentoratensi Professore Publico.

PRÆFATIO
AUTORIS HUJUS INDICIS
AD
LECTOREM.



Tilissimum non minus, atque laborosissimum opus esse, librorum, locupletes indices, tam verborum, quam rerum, perspectum est eruditis omnibus, quotquot in illis vel usurpandis, vel componendis versati sunt. Cum enim nemini hominum tam divina sit memoria, ut autoris alicujus, utcunque diligenter lecti, singula vocabula, eorumque genuinas significationes, & varias acceptiones, cum ipsarum rerum varietate & multitudine, in promptu semper, ubi iis opus est, habere possit; ejusmodi indices, quos ideo Barbare Repertoria *vocarunt, inventi sunt, quibus infirmitati memoriæ succurretur; ut horum opera quilibet, & verba & res totius alicujus autoris facilius & citius repetere, & quasi in numerato habere possit, quibus pro re nata quisque in usum suum opus habet. Deinde non omnibus, districtis sæpe negotiorum multitudine & gravitate, in tanta etiam, tot utilissimorum autorum copia, quovis tempore, ad quas vis occasiones & negotia, tantum suppetit otii, neque etiam, in tanta vitæ brevitate, sufficit ætas, ut singulis libris, totis à capite ad calcem evolvendis vacent; quibus proinde iterum*

peropportunum & gratissimum accidit subsidium, si talibus indicibus uti detur, quoties usus ipsorum postulat. Accedit, quod nulla ferè certior ratio iniri queat, & verborum autoris alicujus interpretandorum, & intelligentiæ lectoris adjuvandæ, quàm si præter συνάφειαν *textus, collatio instituatur singulorum vocabulorum & phrasium, per totum autorem occurrentium, quo sensu ubique soleat eis uti, ut, facta diligenti collatione omnium locorum, passim* concors *mens autoris deprehendatur. Qua de causa jampridem compendium illud absolutissimorum indicum inventum, quod ideo Barbaro vocabulo* Concordantiarum *appellare visum est. De quibus universis verum, quod de Biblicis, in Theologia ad usum interpretationem Script. sacræ scripsit.* D. Wolffgangus Franzius, *p. m. in Tracta. Theol. de Interpretatione Scrip. sacræ, p.52.* Quòd earum utilitatem immensam satis laudare non possit. *Censetque*, Potius carere posse pium & diligentem scrutatorem, & quidem fontium V. & N. Testamenti, aliis libris multis: Concordantiis utrisque istis citra magnum studiorum suorum detrimentum nequire. *In quam rem plura reperit Lector ibidem. Quod & integro libro ex professo demonstravit* Conradus Kircherus, *de usu suarum in LXX. versionem Græcam adornatarum Concordantiarum Hebræo Græcorum* πολυχρήστων. *Videri etiam poterint, quæ de hac materia scripsit* Johannes Buxtorffius *in præfatione Concordantiarum Hebraicarum à se editarum. Quæ res procul dubio, & superioribus annis, & nostra ætate, permovit doctos, ut, posthabitis*

tot molestiis, quibus conjuncta est talium indicum collectio & digestio, habita ratione tam ampla, tamque multiplicis utilitatis, accensi studio de Rep. literaria optimè merendi, curam susceperint indices tales, seu concordantias componendi. Et primus quidem earum autor perhibetur fuisse Hugo Carensis, *circa annum Christi* 1240. *Sicut de eo testatur* Sixtus Senensis, *lib.* 4. *Biblioth. Sanct.* Quòd primus Omnium excogitavit Indicem magnum in sacrosancta Biblia, Concordantiæ Bibliæ prænotatum, laboriosissimum sane, & immensi laboris ac temporis opus, sed sacrorum Voluminum Studiosis magnopere necessarium, &c. *Quem, quia opus adhuc minus perfectum erat, desideratis in isto Indice plurimis vocibus, convenientique ordine, & versuum Biblicorum ascriptione, sequuti sunt* Arlotus, & Halberstadius, *suppletis aliquibus earum defectibus: opere tamen ipso nendum plenè perfecto. Quare, an.* 1430. Johannes de Segovia, (*occasione præsertim captata ex controversia Ecclesiæ Latinæ cum Græca de Processione Spiritus Sancti à Patre & Filio, in qua multum disputabatur de usu Biblico Præpositionum,* a, *vel,* ex, *et* per, *ut de eo certò constare posset,*) *in defectu superiorum Concordantiarum particularum talium indeclinabilium omnium Indicem colligere & edere aggressus est. Quem tamen universum, tot vocibus adhuc missis, & à se substitutis auxerunt subinde alii atque alii, ut* Johannes Frobenius, *Basileæ;* & Robertus Stephanus, *Parisiis, scribere non sint veriti;* Vix decimam olim partem in antiquis Concordantiis

tiis comprehensam fuisse eorum, quæ in postremis editionibus habebantur. *Ad horum imitationem R. Mardochai, vel, ut alii scribunt*, Isaac Nathan *Judæus, an. Domini* 1438. *Concordantias Hebraicas primus composuit, sed valde imperfectas. Quas idcirco, & meliores & ordinatiores reddidit, & an.* 1632. *edidit* Johannes Buxdorffius, *vir de Hebraica literatura supra modum bene meritus. In quibus tamen adhuc non pauca desunt, tam quoad voces quasdam declinabiles, ut* היה fuit, כל universitas, &c. *quam particulas indeclinabiles fere omnes, & pronomina. Quem defectum supplevit (ut quondam Regiomonti Borussorum, studiorum causa agenti mihi significatum memini)* Samuel Bohlius, *Professor olim Rostochiensis, opera aliquot Studiosorum, collectis illis particulis omnibus, & in ordinem digestis. Cujus operis schedas postea acquisivit, meus tum temporis in dicta Academia amicus atque commilito*, M. Caspar Ledebur. *Quem arbitror etiamnum penes se habere opus illud, & hactenus aliquoties captasse occasionem, illud edendi, quod ut bono aliquando cum successu fiat, est quod optent φιλεβραῖοι. Cæterum carent eadem Buxdorffianæ Concordantiæ Hebrææ omnibus etiam Nominibus Propriis non sine magno hiatu, & incommodo Hebraizantium, quod sæpe ipse expertus sum. Quamobrem ante aliquot annos in privatum meum usum ex toto corpore Bibliorum Hebraicorum, ordine Alphabetico ea collegi, quotiescunque occurrunt: quem laborem aliquando, Deo volente, & tempore prosperum successum, & operis promotores subministraturo, publi*

jur

juris facere decrevi. Ad exemplum pariter Concordantiarum Latinarum, Sixtus Senensis, *d. l. refert, in Græca Biblia similes collegisse* Euthalium Rhodium, *circa annum* 1300. *In T. novum Græcas tentavit facere* Xystus Betulejus. *Cujus valde imperfectum opus perfecit* Henricus Stephanus, *An.* 1594. *& secunda editione adhuc magis, An.* 1624. *Cui summam manum tandem, opere perfectißimo, addere allaboravit* Erasmus Schmidt, *Professor Witebergæ. Edidit etiam An.* 1640. M Ludovicus Lucius, *Professor Basileensis, brevißimo Compendio, Dictionarium* N. T. *quod & Concordantiarum loco adhiberi potest. In aliis Linguis eundem laborem aggreßi sunt* Martinus Trostius, *qui Lexicon edidit in Syriacum* N. *Testamentum, omißis tamen particulis, ut loco Concordantiarum Syriacarum esset. In Targum V.T. perfectißimum Lexicon composuit* Johannes Buxtorffius, *quo paßim pro Concordantiis uti licet. Græcarum Concordantiarum V.T. autore* Conrado Kirchero, *jam supra mentio facta est. In Germanica Lingua Concordantias Biblicas edidit An.* 1571. Petrus Ge-dultig. *Sed longè perfectiores, An.* 1609. Conradus Agricola. *Quas emendatas & perfectisimas visus est fecisse, An.* 1658. Christianus Zeisius. *Nec defuerunt in profanis scriptoribus, qui talem Herculeum laborem non subterfugerunt. Quales in* Græcis, *fuerunt* M. Wolffgangus Seberus, *cujus est Argus Homericus, seu Index Vocabulorum in omnia Homeri Poëmata.* Ejusdem, *in Pythagoræ ac Phocylidis carmina.* Laurentii Rhodomanni, *in V. libros Biblio-*

 thecæ,

thecæ, Diodori Siculi. Hieronymi Wolffii, *in Isocratem.* Michaëlis Neandri *in eundem Phrasiologia.* Item, *Aristologia Euripidæa.* Et, *Anthologicum Græco Latinum.* Et, *Anthologia Pindarica.* Friderici Sylburgii *Indices Græci, quos subjecit Græcis a se editis autoribus, ut Aristoteli, Dionysio Halicarnasseo, Romanæ Historiæ scriptoribus Græcis, &c.* Aemilii Porti, *in Pindarum: nec non, in Ionicos & Doricos scriptores.* Georgii Pasoris, *in Hesiodi carmina.* *Ipse privatim in meum usum, paucis abhinc annis absolutissimum collegi Indicem Græcum in* Dionysii Περιήγησιν, *qui suo tempore, Deo dante, & occasione ferente, in lucem prodibit, unâ cum Eustathii scholiis, & versione Latina.* In Latinos scriptores, *Indices collegerunt, quorum plerique per modum Concordantiarum scripti, præter alios,* Johannes Camers, *ordinis Minorum S. Theol. D. in Plinii Historiam Naturalem.* Marius Nizolius, *in Ciceronem, a* Cælio Secundo Curione, *quarta parte auctior factus.* Thomas Treterus *Posnaniensis, in Horatium.* Dionysius Lambinus, *in contextum Lucretii. Eoque perfectius,* Daniel Pareus. *In Virgilium,* Nicolaus Erythræus *&* Fridericus Taubmannus. *In Plautum,* Idem. *In Martialis Epigrammata,* Josephus Langius. *In Propertium,* Johannes Passeratius. *In eundem,* Horatius Tuscanella, *ut & in Catullum & Tibullum.* Matthias Berneggerus, *in Tacitum.* Johannes Freinshemius, *In Iustinum.* Jacobus Kokortus Lubecensis, *in Terentium, &c. Ad quorum exemplum, & ego ante aliquot annos, de perfecto aliquo Indice*

dice Græco in Herodianum *componendo cogitare cœpi. Cum enim autorem illum à primis juventutis meæ annis, ob singularem styli & rerum quas tractat elegantiam, inprimis diligerem & familiarem mihi redderem, eumque postea aliquoties Studiosis Græcæ linguæ in Collegiis meis exponerem, factum est, ut identidem ejusmodi Indicem Græcum in usum meum desiderarem: quem quia à Viro Excellentissimo Præclarissimoque* Dn. JOH. HEINRICO BOECLERO, *Collega & Fautore meo honoratissimo, in Præfatione primæ editionis Herodiani, An.* 1644. *promitti quidem, sed postea, ob alia haud dubiè magis ardua negotia intermitti videbam, ipse tentavi, cum bono Deo manum operi admovere: primumque in privatum meum usum, ante 6. annos, talem congerere cœpi, operâ usus 8. Studiosorum, (quos non, sine laudis ἀπομνημ..., prætermittere innominatos duxi,) quorum nomina sunt* 1. M. FRANCISCUS WERNER, *Argentoratensis.* 2. JOH. JACOBUS WILD, *Durlacensis.* 3. M. ERNEST. BOGISLAUS MOSCHEROSCH, *Argentoratensis.* 4. WOLFFGANGUS PICHLER, *Eslingensis.* 5. M. JOH. CROPHIUS, *Augustanus.* 6. MICHAEL HAYDT, *Schemnicensis Montanus Pannonius.* 7. M. CHRISTOPHORUS HAYN, *Argentoratensis.* 8. M. DANIEL KECK, *Argentoratensis. Horum singulis singulos Herodiani libros, eo ordine, quo eos recensui, distribui, curavique, ut singulas voces, secundum ordinem, quo in autore leguntur, chartâ, ex unâ tantum ejus parte, inscriberent, subjunctis cuilibet earum, libro, capite, commate, in quo*

ea occurrit. Quem in finem, quia in prima editione nulla divisio in commata facta erat, ipse hanc in meo exemplari feci, ad quam & ipsi sua exemplaria, quibus utebantur dividebant, & hæc præsens secunda editio expressa. Absoluto isto singulorum opere opus omnium ego in manus accepi, & singulas voces, in singulas schedas resecui: resectas digessi in tot capsulas chartaceas, quot sunt Alphabeti Græci literæ, singulas singulis ejus literis majusculis notatas: instar typothetæ resolventis formam compositorum typorum, & in debitos forulos, singulas reponentis. Deinde ex singulis capsulis schedulas exemi, & in longiori mensa, secundum ordinem Alphabeticum exemtas voces digessi, singulas debitis titulis subjectas Ex: gr: quæ ex capsula A, depromebantur, ordine subjeci sub titulos, αβ. αγ. αδ. αε αζ. αη & sic consequenter. Donec omnes voces cujusque literæ in debitum suum ordinem erant digestæ: quas postea eo ordine, quo jacebant in mensa, filo inserui; è quo, quum per otium vacabat, catalogo inscribebam, secundum ordinem, quo filo insertæ erant. Ex quo catalogo, hic, quem huic secundæ Herodiani editioni annectere visum erat, prodiit Index. In quo, ut compendium libri facerem, nolui repetere (quod tamen ex Catalogo isto, qui omnes omnium locorum voces etiam minutissimas, quoties in toto autore occurrunt, ad instar Concordantiarum complectebatur, facili opera fieri potuisset,) quoties quælibet, utut, frequentissimæ, ut ὁ, ἡ, τὸ, μὲν, δὲ, καὶ, &c. occurrebant. Alioqui moles libri, modum excessisset. In Indice tamen ipso componendo omnes voces, ubicunque legerentur, erant inquirendæ

& re-

& repetendæ, ut de earum genuina & multiplici significatione, etymologia, constructione &c. per totum autorem certò constaret. Quæ sigillatim ideo recensui, ut Lectori fidem facerem ejus, quod ab initio dixeram, loboriosissimum opus esse, indicum talium compositionem; &, ut talium studiosis facem accenderem, viamque præmonstrarem, quam ego compendiosissimam esse expertus sum, in alios bonos autores, in quos nondum editi sunt, simili modo, similes, boni publici causa, componendi. Quàm bene mererentur de Rep. literaria, si qui pariter colligerent Indices, in præcipuos Græcos & Latinos Patres. Item, in principes Græcorum Philosophorum, Platonem, Aristotelem, aliosque! Cæterum, & quo proposito prodierit hic index, & quid præstitum in eo sit, & quem usum ex eo sperare, & quomodo cum fructu eo uti possit Lector, paucis dicendum. Quia enim videbam, in usum docentium & discentium, & privatim, & publicè in scholis Græcam N. Testamenti Linguam utilissimum edidisse Lexicon Græco-Latinum. Georgium Pasorem. Simile autem, in profano aliquo eleganti, & juventuti φιλέλλωι utiliter proponendo autore Græco, non ita vulgo, quantum quidem mihi constabat, exstare, arbitrabar, Herodianum in ejusmodi Indicem, qui & pro Lexico esse posset, digestum, partes istas explere posse. Quare eum ita disposui, ut omnes voces, quotquot in eo occurrunt, suo quæque loco, non habito respectu servilium & radicalium literarum, secundum seriem Alphabeticam, scripserim. Qui ordo novus, magnam facilitatem pariet, præsertim tyronibus Græcæ Linguæ, singula derivativa in suis primitivis in-

venien-

veniendi. Vt vero non tantum Indicis, sed & Lexici munere fungeretur; quibuslibet vocibus, suas subjunxi significationes, varias etiam declaratas exemplis ex ipso autore allatis. Et, quia contraria juxta se posita magis elucescunt, subinde contuli oppositas voces & phrases. Adjeci etiam earum originem, è qua vel primò deriventur, vel componantur. Addita etiam analysi secundum Accidentia Grammatica. Ex: gr: In partibus declinabilibus, *si vox adducta est.* Nomen substantivum; *dixi, cujus sit generis, & in quibus tum numeris, tum ejus casibus per totum autorem legatur. Additis ejus Epithetis, quæ ejus sensum interdum declarant & distinguunt.* Si Adjectivum; *insuper & motio, & comparatio adjecta, & ipsa quandoque substantiva, è quibus itidem hujus genuinus sensus dignosci poterat. Si* Proprium Nomen *personæ, vel loci, breviter illud exposui, &, si quod variis competeret, distinxi.* Si Verbum; *ordine adduxi, cujus sit vocis seu generis. Item cujus modi & temporis, & cujus personæ, & numeri. Secundum ordinem, quo vulgo in Grammaticis hæc poni solent. Cum Verbis ut plurimùm integras phrases adduxi, ut & varia eorum acceptio, & quibus cum casibus construerentur, appareret.* Si partes indeclinabiles, *Adverbia, &c. earum varias singnificationes & constructiones indicavi, & exemplis illustravi. Vbi plura loca adduci potuissent, quorum omnium inductio non magnopere necessaria videbatur, adhibui siglam,* &c. Primitiva *vocabula posui cum sequentibus ex ordine derivativis.* Simplicia, *cum Compositis: & vice versa. Compositionem*

ex the-

x themate antecedenti, interdum & remotiori, signifi-
) per, Ex isto, &. Per voculas, Et à, conjunxi vocem
ræsentem, cum præcedenti parte compositionis, ex qua
r præsens componitur. Vbi ex uno themate plura se-
undum seriem Alphabeti derivativa & composita ad-
ucuntur, ut or conjunctione., Et. Item, Hinc, Sen-
ntias elegantiores ex autore haud raro repetii, qua-
im complementum parenthesi soleo includere. In ipsa
positione Græcarum vocum, ferè semper Politiani
rsionem retineo, ut tyro facilius Græcum textum cum
rsione Latina, & vice versa conferre; & inde quæ ele-
nter Græcè dicta sunt, eadem elegantiâ Latina, &
ntra, efferre discat. Quæ res multum utilitatis &
cilitatis afferet docentibus & discentibus, si ex autore
c examen phraseologiæ, & styli exercitium tractabi-
r, modo ex Latino in Græcum; modo ex Græco in La-
ium sermonem conversa oratione. Interdum tamen,
i videbatur mens autoris vel pressius, vel clarius, vel
nius exprimenda aliis vocibus, Stephani, aut Sylbur-
i, aut meam etiam expositionem proposui. Voces ini-
positas, per varias phrases deductas, compendii libri
ciendi causa raro repetii, quas ex initio ἀπὸ κοινοῦ dein-
os repetendas lectori reliqui. Varias Lectiones à va-
s annotatas passim allegavi, ubi dixi, pro hoc, vel,
). Scil. ita legi ab aliis. Contuli quandoque textum
rodiani cum aliis scriptoribus Græcis, etiam sacris, ut
enderem eum interdum & stylo N.T. sacro aliquid
is fœnerari posse. Loca aliqua videantur in vocibus,
λπω, σκύλλω, ἄρχω, διαχειρίζομαι, κατασχάζω, ἐκτὸς,
ρειστίδω &c. Denique, ut Lexicon hoc etiam inser-
viret

viret exercitiis ex Latino in Græcum convertendis, sub finem adieci locupletem Indicem Latinum; in quo simplicia ferè tantum adducta, quorum epitheta, & phrases, cum reliquis casibus lector inveniet in ipso quæsiti themate. Finio verbis, quibus Aristoteles organon suum obsignavit in sophisticis Elenchis: Λοιπὸν ἂν εἴη ἔργον σοῦ τοῖς μὲν παραλελειμμένοις τῆς μεθόδου, συγγνώμην, τοῖς δ' εὑρημένοις πολλὴν χάριν ἔχειν. *Reliquum erit, amice Lector, opus tuum, quæ in hac tractatione prætermissa sunt, venia dignari; quæ inventa autem, favore tuo & gratia prosequi. Vale in Domino, & prospere fruere. Perscriptum Argentorati XII. Calend. Septembr. An. M DC LXII.*

CATA-

ATALOGUS SIGLARUM
ræcipuarum, quas Barb. abbreviaturas vocunt; quibus in hoc Indice, brevitatis causa, usi sumus.

Ubi 3. numeri Barbarici occurrunt 1. librum; 2. Caput; 3. comma notat.

vel Acc. *Accusativus.*
sf. *Absolute.*
j. *Adjectivum.*
v. *Adverbium.*
vers. *Adversativa Conjunctio.*
Alii, vel *Aliter.*
l. *Aldina editio.*
r. *Aoristus.*
p. *Appellativum.*
ost. *Apostrophus.*
t. *Articulus.*
t. *Attice.*
igm. *Augmentum.*
rb. *Barbare.*
Caput, vel *Commune genus.*
omm. *Communis dialectus.*
omp. *Comparativus.*
omp. ex. *Composita ex aliquo.*
Conj. *Conjunctio.*
Contr. *Contracte*
D. *Dativus.*
Dual. *Dualis.*
Exp. *Expletiva vox.*
F. *Fœmininum.*
Fut. *Futurum.*
G. *Genitivus.*
Gent. *Gentile.*
Hein. *Heinricus Petri, qui Basileæ edidit Herodianum an.* 1549.
H. s. *Hoc sensu.*
Imperf. *Imperfectum.*
Imperat. *Imperativus.*
Ind. *Indicativus.*
Infin. *Infinitivus.*
Ingolst. *Ingolstadiensis editio.*
Insep. *Inseparabilis.*
Lab. lit. *Labialis litera.*
L. *Liber.*

M. vel

M. vel masc. *Masculinum.* Item, *Medium.*
MS. *Manuscriptum.*
N. *Nominativus.* Vel *Neutrum.*
Quod etiam ita, Neut. *notatur.*
Nom. *Nomen.*
Opt. *Optativus.*
Opp. *Oppositum.*
P. *vel* pr. *Privativum.*
Palat. *Palatinum exemplar.*
Part. *Participium*, vel *Particula.*
Pass. *Paßivum.*
Pl. *Pluralis.*
Plusq. *Plusquam perfectum.*
Pol. *Politianus.*
Præp. *Præpositio.*
Præs. *Præsens.*
Præt. *Præteritum perf.*
Pron. *Pronomen.*
Prop. *Proprium.*
Prov. *Proverbium.*
S. *Singularis.*
S. l. *Suo loco.*
Steph. *Heinricus Stephanus, qui An.* 1583. *Herodianum edidit & notis illustravit.*
Subj. *Subjunctivus.*
Subst. *Substantivum.*
Superl. *Superlativus.*
Sylb. *Fridericus Sylburgius, qui an.* 1590. *Romanæ Historiæ scriptores Græcos edidit & annotationibus illustravit.*
Synec. *Synecdochicè.*
V. *Vocativus.* vel *Vide.*
V. f. l. *Vide suo loco.*
Verb. *Verbum.*
Vet. *Vetustus codex.*

INDEX



INDEX HERODIANI GRAECUS, qui ſimul & Lexici & Phraſeologias, & paſſim commentarii vicem præſtare poterit.

AUTORE

BALTASARE SCHEIDIO THEOL. D. & L. L. Hebrææ Græcæque in Academia Argentoratenſi Profeſſore Publico.

A. AB.

Ἄ v. Ὄς.

Ἀβασίλευτος, ου, C. *ex* ἀ *pri:* & βασιλεύω *regno.* Pl. N. m. ἀβασίλευτοι, *qui ſunt ſine imperatore,* l. 4. 14. 1.

Ἄβατος, C. *ex* ἀ *pr:* & βατὸς, *pervius,* à βαίνω *eo.* G. f. ſ. ἀβάτου ὁδοιπορίας *itineris* aditu difficilis; per avia ſuſcepti, l. 1. 10. 6. N. pl. A. ἄβατα, loca inacceſſa, invia, l. 7. 2. 11.

Ἁβρὸς, *m.* G. ſ. n. ἁβροῦ σχήματος molliſſimo *habitu,* l. 5. 3. 15. *Ex quo* & δίαιτα, *vivendi ratio fit.*

Ἁβροδίαιτος, ου, C. A. n. ſ. *pro* ſubſtant. ἁβροδίαιτον, mollem & luxurioſam vivendi rationem, l. 2. 7. 1. C. 8. 16. l. 3. 6. 15. C. 8. 10. l. 5. 2. 9.

ΑΓΑ.

Ἀγαγεῖν, ἀγαγέσθαι, v. ἄγω.

Ἀγαθὸς, οῦ. A. ſ. m. ἀγαθὸν bonum (*regem*) l. 1. 4. 21. F. G. ſ. ἀγαθῆς bonæ (*fidei*) l. 1. 5. 24. *ſpei,* l. 4. 14. 17. Pl. G. ἀγαθῶν, l. 2. 4. 10. C. 13. 4 A. ἀγαθὰς, l. 2. 3. 24 N. A. ſ. *pro* ſubſt. ἀγαθὸν, beneficium, l. 2. 3. 15. Comp. ἀμείνων, & ſuperl. ἄριστος, βέλτιστος, v. *ſ. loco.*

Ἄγαλμα, n. N. ſtatua ſimulacrum. l. 1. 11. 2. τὸ παλλάδος Palladium. C. 16. 6. G. ἀγάλματος, l. 1. 11. 3. A. ἄγαλμα, l. 1. 11. 9. Pl. N. ἀγάλματα. l. 4. 4. 12. D. ἀγάλμασι, l. 4. 2. 13. A. ἀγάλματα. *De inſignibus ſimulacris: ab* ἀγάλλω *inſignio, orno.*

Ἄγαν, *Adv.* supra modum. *Cum art. & nomine,* nimius, immodicus. ἡ ἄγαν ἀκρασία, summa; nimia *intemperantia, l.* 1. 3. 5.

Ἀγανακτέω. Præs. Ind. 2. pl. ἀγανακτεῖτε ἐπὶ τούτοις indignamini *super his rebus, l.* 2. 10. 3. Part. m. s. n. ἀγανακτῶν *agrè ferens, l.* 5. 8. 15. A. ἀγανακτοῦντα, *l.* 3. 2. 6. Pl. G. ἀγανακτούντων, *l.* 7. 12. 7. Imperf. 3. pl. ἠγανάκτουν, *l.* 2. 9. 13. Aor. 1. Indic. 3. s. ἠγανάκτησε πρὸς αὐτὸν *succensuit ei, l.* 6. 6. 1. Part. s. m. n. ἀγανακτήσας, *l.* 3. 3. 5. *l.* 8. 2. 5. Pl. n. ἀγανακτήσαντες, *l.* 5. 8. 12. F. s. n. ἀγανακτήσασα, *l.* 6. 1. 22.

Ἀγαπάω. Præs. part. s. m. n. ἀγαπῶν *contentus, l.* 4. 15. 21. A. ἀγαπῶντα, *amore singulari amantem: pro, amare,* part. *pro* Infin. *l.* 1. 8. 9. Imperf. 3. s. ἠγάπα *diligebat, l.* 1. 5. 7. Pl. 3. ἠγάπων, *contenti erant; boni consulebant; libentibus animis acceptabant, l.* 2. 13. 20. Pass: part. præs. s. A. f. ἀγαπωμένην *dilectam ut conjugem, l.* 6. 1. 19. *Hinc* Nom.

Ἀγαπητός. οῦ, N. n. s. ἀγαπητὸν ἦν, *gratum acceptum erat, l.* 6. 5. 22. & Adverb.

Ἀγαπητῶς, *libenter, l.* 2. 10. 13. *l.* 3. 1. 14. τὰ αὐτοῦ ἔχειν *suis fortunis acquiescere, l.* 6. 2. 10. *l.* 7. 3. 9.

Ἀγγέλλω. Præs. Ind. 3. s. ἀγγέλλει *renuntiat, l.* 2. 1. 13. Part. s. m. n. ἀγγέλλων, *l.* 3. 12. 2. Pl. N. ἀγγέλλοντες *l.* 2. 8. 8. G. ἀγγελλόντων, *l.* 2. 9. 3. Aor. 1. pl. 3. ἤγγειλαν, *l.* 8. 1. 8. Inf. ἀγγεῖλαι, *nuntiare, l.* 1. 13. 1. αὐτῷ *hortari eum, l.* 3. 12. 14. Part. pl. G. m. ἀγγειλάντων, *nuntiantibus, l.* 6. 9. 4. A. ἀγγείλαντας, *l.* 6. 4. 12. Fut. 2. part. pl. A. m. ἀγγελοῦντας *nuntiaturos, l.* 8. 6. 15. Pass. Præs. Ind. 3. s. ἀγγέλλεται, *nunciatur, l.* 2. 12. 1. Inf. ἀγγέλλεσθαι *l.* 1. 12. 12. Part. s. A. n. ἀγγελλόμενον, *quod nuntiabatur, l.* 6. 3. 3. Pl. D. ἀγγελλομένοις, *l.* 3. 11. 6. Imperf. 3. s. ἠγγέλλετο *nuntiabatur, l.* 4. 14. 2. Aor. 1. Ind. 2. pl. ἠγγέλθησαν, *de illis nuntiatum est, l.* 2. 13. 6. Part. pl. n. n. ἀγγελθέντα, *nuntiata, l.* 7. 8. 12. G. ἀγγελθέντων, *l.* 6. 8. 15. Aor. 2. Ind. 3. s. ἠγγέλη. *nunciatum est, l.* 3. 1. 2. *Hinc* Nom.

Ἄγγελος, ου, *m.* Pl. n. ἄγγελοι *nuntii, l.* 1. 7. 2. *l.* 6. 7. 4. *l.* 8. 6. 18. *Et*

Ἀγγελία, *f.* G. s. ἀγγελίας παράδοξον *rei nuntiatæ novitas, l.* 6. 9. 1. A. ἀγγελίαν, *nuntium, l.* 1. 4. 20. Pl. A. ἀγγε-

ἀγγελίας φέρων *mandata habens*, *l.* 3. 11. 14. *Et*

Ἄγγελμα, τος, *n.* Pl. A. ἀγγέλματα κρυπτὰ *occulta negotia, quæ mandantur, vel nuntiantur l.* 7. 6. 12. *Hinc & ex* φέρω, *fero, fit.*

Ἀγγελιαφόρος, ου, *m.* Pl. n. ἀγγελιαφόροι, *nuntij*, *l.* 3. 5. 12.

Ἄγε, ἄγειν, *v.* ἄγω.

Ἀγείρω. Præs. Opt. 3. s. ἀγείροι στρατὸν, congreget *exercitum*, *l.* 8. 5. 15. Aor. 1. part. s. n. m. ἀγείρας δύναμιν collectis *copijs militaribus*, *l.* 3. 14. 7. Pass. præs. part. A. s. f. ἀγειρομένην *collectam*; *vel pro* Inf. *colligi*, *l.* 1. 10. 6.

Ἀγέλη, ης, *f.* A. pl. ἀγέλας greges pecorum, *l.* 7. 2. 9.

Ἀγεννής, έος, *C. ex* ἀ *pr. &* γένος, *genus, à* γίγνομαι, *fio* A. s. m. ἀγεννῆ *degenerem*, *l.* 4. 13. 3. *corpore invalidum*, *l.* 7. 6. 11.

Ἄγεσθαι, *v.* ἄγω.

Ἀγεώργητος, ου, *C. ex* ἀ *pr. &* γεωργέω *agrum colo. ex* γῆ *terra, &* ἔργον *opus.* A. s. f. ἀγεώργητον Ἰταλίαν in cultam *Italiam*, *l.* 2. 4. 12.

Ἀγκάλη, ης, *f.* ulna. Pl. A. ὑπὸ τὰς ἀγκάλας ἄγειν, *complecti*, In arm nemen/ *l.* 4. 3. 20.

Ἁγνὸς, ου, *m* F. s. n. ἁγνὴ *casta intemerata virgo*, *l.* 1. 11. 12. *Hinc* Verb.

Ἁγνεύω. Præs. Inf. ἁγνεύειν *castam manere virginem*. *l.* 5. 6. 2.

Ἀγνοέω. *ex* ἀ *pr. &* νοέω *intelligo: à* νόος, *mens*, Præs. Ind. 1. s. contr. ἀγνοῶ *ignoro*. *l.* 4. 5. 3. Plu. 2. ἀγνοεῖτε *l.* 2. 2. 14. Part. G. s. m. ἀγνοοῦντος. *l.* 1. 9. 19. D. ἀγνοοῦντι, *l.* 1. 9. 20. A. ἀγνοοῦντα *l.* 2. 5. 12. Pl N. ἀγνοοῦντες, *l.* 4. 11. 15. G. ἀγνοούντων, *l.* 3. 12. 18. N. s. n. ἀγνοοῦν, *l.* 1. 17. 8. Imperf. 3. pl. ἠγνόουν, *ignorabant*, *l.* 5. 4. 17. *Hinc* Nom.

Ἄγνοια, *f.* G. s. ἀγνοίας, *ignorantia*, *l.* 7. 5. 9. D. ἀγνοίᾳ, *l.* 1. 13. 3. A. ἄγνοιαν, *l.* 7. 2. 11.

Ἀγνώμων, ονος, *C. ex* ἀ *pr. &* γνώμων, *index; à* γινώσκω, *nosco.* A. s. m. ἀγνώμονα, *ingratum*, *l.* 5. 6. 3. *Ex eod. est.*

Ἀγνωσία, ιας, *f.* A. s. ἀγνωσίαν, *ignorantiam*, *l.* 1. 11. 1. *Et*

Ἄγνωστος, ου, *C.* s. m. n. *incognitus, non celebris*, *l.* 1. 9. 12. N. n. s. ἄγνωστον, *incognitum*, *l.* 1. 15. 9. A. f. s. ἄγνωστον ἱστορίαν, *l.* 1. 1. 4. Pl. N. A. ἄγνωστα, *incognita*, *l.* 7. 3. 4.

Ἄγομεν, ἄγοντες, *v.* ἄγω.

᾿Αγορὰ, *f.* G. f. ἀγορᾶς, *fori*; *loci ubi concio populi habetur*, *l.* 2. 9. 7. 7. D. τὰ ἐν ἀγορᾷ *forensia*; *juridica negotia*, *l.*4.12.2. A. ἀγορὰν, *forum l.* 4. 2. 8. *copiam rerum venalium l.*8.6.6. *Hinc.*

᾿Αγοραῖος, *C.* G. f. f. ἀγοραίου διαφορᾶς forensis *litis l.* 7. 9. 5. Pl. A. ἀγοραίους πράξεις *forenses administrationes*, *l.* 6.1.7. N. pl. *D.* ἀγοραίοις πράγμασι *forensibus causis*, *l.*7.7.7. *Et* Verb.

᾿Αγορεύω, Præf. Inf. ἀγορεύειν κακῶς τινα *alicui in foro publice maledicere*; *obtrectare*, *l.*2.7.4. Imperf. 3. f. ἠγόρευε, *l.* 5. 1. 5. Pl. 3. ἠγόρευον, *l.* 1. 12. 11.

῎Αγουσι, ἄγουσα, v. ἄγω.

᾿Αγρὸς, ȣ̃. *m. ager*; *extra urbem vel vicum situs locus*, Pl. G. ἀγρῶν *l.* 3. 4. 11. D. ἀγροῖς, *l.* 1. 10. 2. A. ἀγροὺς, *l.* 7. 9 25.

᾿Αγχιβαθὴς, *C.* *ex* ἄγχι *prope* & βάθος, *n. profunditas*. Solet reddi vulgo, *vicinus profundo*; *qui prope fundum est*; *profundus*. Minus recte, & plene. Rectius, ut Didymus *in Homer. Odyss.* 8. v.413. exponit, ἐγγὺς τῆς γῆς βάθος ἔχων, *qui prope terram profundus est*. N. G. f. *pro* subst. ἀγχιβαθοῦς τῶν ἑλῶν, Pol. *altitudo paludum*. Rectius, *profunditate paludum terræ*; seu *litore propinquo*, *l.* 7. 2. 11. *Sic* Iulius Poll. λιμὴν ἀγχιβαθὴς, *portus prope litus profundus*, *l.* 1. 9. 10. *Ex eod.* & νόος, *mens*, *fit.*

᾿Αγχίνοος, Adj. cont. ȣς, *m.* N. n. f. ἀγχίνουν τῆς γνώμης, *pro* subst. *acumen ingenii*; *perspicacia mentis*, *l.*2 14.3. *Hinc* subst.

᾿Αγχίνοια, *f.* G. f. ἀγχινοίας *providentiæ*, *l* 7.10.7. D. ἀγχινοίᾳ συνέσει solertiâ, *re præcognita*, *l.* 4.5.10.

᾿Αγχίσης, *Anchises*, Nom. prop. *patris Aeneæ*. G. ᾿Αγχίσου, *l.*2 3.6.

῎Αγω. Præf. Ind. 1. pl. ἄγομεν *adducimus*, *l.*2.2.17. In 3. ἄγουσι *deducunt*, *l.*2.8.10. &, *celebrant* (*festum*) *l.* 1. 16.5. Inf. ἄγειν εἰρήνην *pacem colere*; *agere*, *l.*6.3.12. Part. f. m. n. ἄγων καὶ φέρων τὰ ῾Ρωμαίων ἅπαντα *diripiens*, *populans omnia Romanorum*, *l.* 6.2.13. Phrasi Homer. & Isocratica, in Archidamo, p.312. quæ in Proverbium abiit v. Adag. Erasmi, *p.* 515. ἄγων εἰς ὑποψίαν *in suspicionem adducens*, *l.* 1.8.4. στρατὸν *adducens exercitum*, *l.*3.1.2. *filios*, *l.*3. 10.1. Pl. N. ἄγοντες, *l.*2.2.11. F. f. n. ἄγουσα ὑπὸ τὰς ἀγκάλας, *comple-*

complectens, *l*.4.3.20. Imperf. 3. f. ἦγε τὸ ἅρμα *trahebant currum* *l*. 5. 6. 16. Pl. 3. ἦγον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν *invitum trahebant ad imperium*, *l*. 7. 1. 22. Aor. 2. Ind. 3. f. ἤγαγε *ad se perduxit*; *recepit*. Sylb. mavult legere, ἐπανήγαγε *reduxit*, *l*. 3. 4. 17. *adduxit*, *l*. 5. 1. 10. Pl. 3. ἤγαγον, *deduxerunt*, *l*. 5. 8. 14. Inf. ἀγαγεῖν ἐπὶ τέλος *ad finem perducere*, *l*.2.10.4. Pass. præs. Inf. ἄγεσθαι *adduci vehiculis*, *l*. 7. 3. 9. Aor. 1. subj. 3. pl. ἀχθῶσι *perducantur*; *commoveantur*. *l*. 1. 4. 12. Inf. ἀχθῆναι εἰς τέλος *ad finem perduci*; *absolvi*, *l*. 2. 4. 11. Med. Aor. 2. Ind. 3. f. ἠγάγετο γυναῖκα *duxit uxorem*, *l*. 1. 8. 9. Inf. ἀγαγέσθαι πρὸς γάμον τὴν θυγατέρα, *ducere in matrimonium filiam*, *l*.4.10.3.4. *Hinc* Nom.

Ἀγωγὸς, οῦ, *m*. P. A. ἀγωγὸς ὑδάτων ductus; *vel* rivos *aquarum*, *l*. 7. 12. 8.

Ἀγὼν, *m*. G. f. ἀγῶνος τῶν Καπετωλίων ludorum *Capitolinorum*, *l*. 3. 8. 5. A. ἀγῶνα ἱερὸν *ludos sacros*, *l*. 1. 9. 5. ἐπινίκιον *ludos pro victoria*, *l*. 3. 3. 16. ἐμποιεῖν *contentionem*; *vel curam injicere*, *l*. 2. 3. 13. ... *curam impendentem*, *n*. 16. *Hinc* Verb.

Ἀγωνίζομαι. Præs. Imperat. 2. pl. ἀγωνίζεσθε, *dimicate*; *pugnate*, *l*. 4. 14. 37. Inf. ἀγωνίζεσθαι συστάδην καὶ ἐξ ἀντιστάσεως *pugnare cominus*, & *instructa acie*, *l*. 5. 4. 7. ἐκ παρατάξεως, *item*, Ein offentliche Feldschlacht halten/ *n*. 10. Imperf. 3. pl. ἠγωνίζοντο ὑπὲρ αὐτοῦ *certabant pro ipso*, *l*. 5. 11. 17. *Hinc*

Ἀγωνιστὴς, οῦ, *m*. Pl. G. ἀγωνιστῶν ἐνδόξων scenicorum *nobilissimorum*, *l*. 1. 9. 7.

Ἀδακρυτὶ. Adv. *ex* ἀ *pr*. & δάκρυ, *n*. *lacryma*; absq; lacrymis, *l*. 1. 4. 20. *l*. 6. 4. 4.

Ἀδεὴς, έος, *C*. *ex* ἀ *pr*. & δέος *metus*: *à* δείδω *metuo*. N. n. f. ἀδεὲς γενόμενον μῖσος liberum *factum odium*; *licentia jam adepta*, *l*. 7. 7. 3. Comp. A. f. f. ἀδεεστέραν *tutiorem*; *minus timendam*, *l*. 6. 5. 17. N. pro Adv. ἀδεέστερον, *tutius*; *minori cum metu*, *l*. 4. 1. 4. *Hinc* subst.

Ἄδεια, *f*. G. f. ἀδείας, *licentia*; *libertate*. *l*. 2. 2. 7. D. ἀδείᾳ, *l*. 2. 4. 17. *Et* Adv.

Ἀδεῶς, *securè*, *liberè*, *l*. 2. 3. 19.

Ἀδελφὸς, *m*. *frater*. G. f. ἀδελφοῦ, *l*. 1. 11. 5. D. ἀδελφῷ, *l*. 4. 13. 6. A. ἀδελφὸν, *l*. 3. 13. 7. Pl. N. ἀδελφοὶ, *l*. 3. 10. 5. G. ἀδελφῶν, *l*. 3. 13. 4. D. ἀδελφοῖς γνησίοις *fratribus Germanis*

manus, *l*. 3. 6. 4. A. ἀδελφὸς, *l*. 3. 4. 13. F. f. n. ἀδελφὴ *soror*, *l*. 1. 8. 6. G. ἀδελφῆς, *l*. 1. 3. 6. D. ἀδελφῇ, *l*. 1. 8. 8. A. ἀδελφὴν, *l*. 1. 8. 17. Pl. G. ἀδελφῶν, *l*. 1. 13. 2.

Ἄδενδρος, ου, C. *ex* ἀ *pr.* & δένδρον, *arbor*. Pl. n. f. ἄδενδροι χῶραι purâ ab arboribus *loca*, *l*. 7. 2. 10.

Ἄδηλος, ου, C. *ex* ἀ *pr.* & δῆλος, *m. manifestus*. Pl. D. f. ἀδήλοις ἐλπίσι incertis *spei motibus*, *l*. 2. 9. 1.

Ἀδιαβηνὸς, οῦ, *m. Adiabenus*, nom. prop. Gent. *ex* Ἀδιαβηνὴ *Adiabene*; *quæ regio est Assyriæ*. Pl. G. m. Ἀδιαβηνῶν, *l*. 3. 9. 6.

Ἄδικος, ου, C. *ex* ἀ. *pr.* & δίκη *ius* A. f. f. ἄδικον εὐπορίαν iniquam *copiam*, *l*. 2. 3. 23. N. n. f. ἄδικον *iniquum est*; *l*. 3. 6. 9. Pl. G. ἀδίκων, *l*. 6. 3. 8. *Hinc* Adv.

Ἀδίκως, *inique*, *l*. 4. 14. 14. *Et* Nom.

Ἀδικία, *f. injustitia*. G. f. ἀδικίας *l*. 3. 8. 14. *Et* Verb.

Ἀδικέω Præf. ἀδικεῖν *injuriam afferre*, *l*. 4. 5. 4. Aor. 1. Ind. 2. pl. ἠδικήσατε, *inique egistis*, *l*. 4. 14. 18. Inf. ἀδικῆσαι, *l*. 3. 8. 6. Part. G. f. m. ἀδικησάντος μηδὲν αὐτοὺς *à quo nihil injuriarum accepissent*, *l*. 7. 5. 8. A. ἀδικήσαντα περὶ τὰς σπονδὰς *eum qui fœdera temeraverat*, *l*. 4. 15. 17. Pl. G. ἀδικησάντων, *l*. 7. 7. 6. Fut. 1. Ind. 3. f. ἀδικήσει μηδένα, *injuria afficiet neminem*, *l*. 2. 4. 4. Paff. præf. Inf. ἀδικεῖσθαι *injuriam pati*; *accipere*, *l*. 4. 5. 4. Part. f. A. πρὸς ἀδικούμενον: dubium fitne masc. an neutr. *ad eum* (vel *id*, *quod*) *qui læditur*: Sylb. cum Schotto, legit conjunctim, προσαδικούμενον, *insuper injuria lacessitum*. Vel προαδικούμενον, *si prior injuria illata provoceris*. Vel, ἀμύνεσθαι πως ἀδικούμενον *ulcisci quodammodo injuria affectum*, *l*. 3. 6. 9. Pl. G. m. ἀδικούμενοι *qui injuriam accipiunt*, *l*. 8. 7. 17. A. ἀδικουμένους θεοὺς *læsa* Numina, *l*. 7. 4. 1. Aor. 1. Part. G. Pl. m. ἀδικηθέντων *læsorum*, *l*. 7. 7. 5.

Ἀδόκιμος, ου, C. *ex* ἀ *pr.* & δόκιμος, *probus*. Pl. G. m. οὐκ ἀδοκίμων ἀνδρῶν (ex) clarissimis; *non improbandis viris*, *l*. 7. 7. 10.

Ἀδόξως, Adv. *ab* ἄδοξος, ου, C. *ignobilis ex* ἀ *pr.* & δόξα *gloria*. inglorie, obscure, *l*. 1. 10. 8. *Hinc* subst.

Ἀδοξία, ίας, f. A. f. ἀδοξίαν φέρειν dedecus *afferre*, *l*. 6. 6. 7.

Ἀδρανία, ίας, *f. ex* ἀ *pr* & δράω *facio*. A. f. ἀδρανίαν *imbe*

imbecillitatem; *torporem*; *ignaviam*, *l*.2.10.17.

Ἀδριανὸς, *Adrianus*, nom. pro *Imperatoris Romani*. G. Ἀδριανȣ̃, *l*.1.7.5.

Ἀδύνατος, ȣ, C. ex ἀ pr. & δυνατὸς, *possibilis*, ἀ δύναμαι, *possum* N. n. ἀδύνατον ὂν, *difficile factu*, *l*. 3. 12. 2. ἀδύνατον εὑρίσκειν *impossibile inventu*, *l*.4.13. *C*.11.15.

Ἄδω. Præs. Ind. 3. pl. ἄδȣσι, *l*.4.2.10.

Ἀεὶ, Adv. *semper*. *l*.1.2.2. ἀεὶ-καταφρονήτῳ, *l*.1.8.3. *semper-contemptu*, h. e. *perpetuo contemptu*. Videtur esse synthesis adverbii cum nomine; vel: ὑφ' ἓν: *cujusmodi in illo* Virgil: *semper-Deus*, *Ecl*. 1. & *l*. 1. v. 124. Lucret. *semper-florentis*. *Sic* Virg. *l*. 1. *Aen. ante-malorũ*. *Sic apud* Homer. *Iliad*. β. ἀειγενέτης *sempiternus*. Notat etiam continuationem non tam temporis, quam magnitudinis, *l*. 4.2.14. Pro eo etiam dicitur Ἀιεὶ, *l*. 2.2. 13. quod tamen magis Poëticum esse censetur. *Hinc* Nom.

Ἀΐδιος, C. *sempiternus*. G. f. f. ἀϊδίȣ, *l*.5. 1. 13. A. ἀΐδιον, *l*.1.1.1. *C*.4.51.18. *l*.4.4.10.

Ἀέρος, v. ἀὴρ.

Ἀετὸς, ȣ, *m*. *aquila*, *l*. 4. 2. 22.

Ἀηδῶς, Adv. *illibenter*, *l*.7.5.18. *ab* ἀηδὴς, *injucundus*, *ex* ἀ *pr*. & ἡδὺς *suavis*.

Ἀήθης, εος, C. ex ἀ pr. & ἦθος *mos*. Pl. m. A. ἀήθεις, *insuetos*; *insolentes*, *l*.5.5. 10. D. n. f. *pro* subst. ἀήθει, *insolentia*; *insuetâ novitate*, *l*.2. 11. 10. *Hinc*. subst.

Ἀήθεια, είας, *f*. A. f. ἀήθειαν τȣ̃ ἀέρος insolentiam cœli, *l*.6.6.1.

Ἀὴρ, *m*. G. f. ἀέρος πνιγώδης aëris *æstum suffocantem*, *l*.3.9.11. ἀήθειαν, cœli *insolentiam*, *l*. 6. 6. 1. φθορὰν, *infectionem*; *pestilentiam*, *l*.1.12. 3. φθινώδης *tabifica vis*, *n*.5. D. ἀέρι, *l*.1.10.1. ὑπὸ γυμνῷ *sub aperto cœlo*; *sub dio*, *l*.8.5. 9. Pl. G. ἀέρων φθορὰς *aëris halituum corruptiones*, h. e. *pestilentias*, *l*.1.1.5. *Et C*.6.5. *solo Italia dicitur esse ferax* ἀέρων, *flatibus aëris*; h. e. *auris temperatioribus*. Nisi forte ibi loquatur autor de arte factis aëris commotionibus; quibus in Italia æstum solis levare solent.

Ἀθλητὴς, ȣ̃, *m*. *ab* ἆεθλος, *m*. *certamen*. Pl. n. ἀθληταὶ *certatores*; *pugiles*, *l*. 4. 6. 4.

Ἄθλιος, ίȣ, *m.* A. f. ἄθλιον, *miserum*, *l.* 2. 12. 11. *l.* 7. 8. 10. F. f. n. ἀθλία, *l.* 4. 3. 18. *Hinc* subst.

Ἀθλιότης, ητος, *f.* A. f. ἀθλιότητα βίȣ *miseriam vitæ*; Pol. *sordes*, *l.* 2. 3. 22.

Ἀθλοθέτης, ȣ, *m.* ex ἄθλον, *præmium certaminis*, & τίθημι *pono*. *Qui præsidet in theatro*; *qui præmiũ certaminis statuit victori*, *l.* 1. 9. 6.

Ἀθροίζω. Præf. Ind. 3. f. ἀθροίζει δύναμιν ἐπί σοι colligit *copias adversus te*, *l.* 1. 9. 11. Imperf. 3. f. ἤθροιζε χρήματα contrahebat *vim pecuniæ*, *l.* 1. 9. 2. *exercitum*, *l.* 3. 1. 6. Infin. ἀθροίζειν, *l.* 3. 1. 5. *l.* 6. 1. 17. Part. f. m. n. ἀθροίζων, *l.* 1. 12. 9. *l.* 2. 11. 13. *l.* 3. 2. 21. *ubi tamen* Sylb. *legit* ἀθροίσων, *in fut.* Aor. 1 fing. 1 ἤθροισα ἱστορίαν ἐς συγγραφὴν congessi *historiam in librum*, *l.* 1. 1. 4. In 3. ἤθροισε, *collegit*, *l.* 1. 10. 2. Part. f. m. n. ἀθροίσας χεῖρα *collecta manu* (*militum*) *l.* 1. 10. 2. *l.* 2. 10. 2. Pl. N. ἀθροίσαντες λοιπὰ, *conquisitis reliquis* *l.* 2. 8. 10. Paff. præf. 3. f. Ind. ἀθροίζεται πάντα *conquiruntur omnia*, *l.* 1. 9. 5. *l.* 6. 5. 7. *congregatur*. Part. G. f. m. ἀθροιζομένȣ στρατȣ̃ *collecto exercitu*, *l.* 3. 3. 7. F. f. G. ἀθροιζομένης, *l.* 6. 3. 3. Pl. N. n. ἀθροιζόμενα, *l.* 6. 3. 3. Imperf. 3. f. ἠθροίζετο ζῶα, *conquirebantur bestiæ*, *l.* 1. 15. 8. στρατὸς *exercitus dissipatus recolligebatur*, *l.* 6. 7. 2. *juventus*, *l.* 7. 12. 2. C. 8. 25. Pl. 3. ἠθροίζοντο λογάδες ἐς τὴν στρατιὰν *colligebantur selecti militum ad exercitum*, *l.* 6. 3. 2. Plusq. 3. f. ἤθροιστο πλῆθος *confluxerat multitudo*, *l.* 3. 4. 11. Aor. 1. Ind. 3. f. ἠθροίσθη *confluxit*, *l.* 7. 4. 8. Inf. ἀθροισθῆναι στρατὸν *colligi exercitum*, *l.* 1. 10. 5. πυρὰν ξύλων *strui lignis rogum*, *l.* 4. 8. 12. σύγκλητος *convocari senatum*, *l.* 2. 12. 5. Part. pl. n. m. ἀθροισθέντες, *quum convenissent*, *l.* 6. 8. 13. *conferti*, *l.* 7. 11. 16. F. f. A. ἀθροισθεῖσαν δύναμιν, *pro* Infi. *collectam*: h. e. *colligi vim militum*, *l.* 3. 14. 8. N. pl. G. ἀθροισθέντων νεφῶν *congregatis nubibus*, *l.* 1. 14. 4.

Ἀθύμως, Adv. *ab* ἄθυμος, *non animosus*: *ex* ἀ *pr.* & θυμὸς *animus*. διέκειτο, anxiè *se habebat*; *dejecto erat animo*, *l.* 8. 5. 1. *Hinc* Nom.

Ἀθυμία, *f.* G. f. ἀθυμίας *languoris*, *vel deliquii animi*, *l.* 1. 4. 17. D. ἀθυμίᾳ *anxietate animi*, *l.* 3. 3. 8.

Ἄθυρος, ȣ, C. *ex* ἀ *pr.* & θύρα *janua*. Pl. D. f. ἀθύροις οἰκί-

οἰκίαις non clausis, *patentibus domibus*, *l.* 8.1.11.

Ἀθύρω, Præs. part. s. A. n. ἀθύρον παιδίον ludibundum *puerum*, *l.* 7.10.15.

Αἰ, v. ὁ. Αἰ, v. ὅς.

Αἰγαῖος, αἰε, *m. ab insula* Αἰγῶν *caprarum*. Al. *ab Aegæ Eubœæ*. D. *s. n.* Αἰγαίῳ *subaudi* πελάγει, Aegeo *pelago. Quod Græciam ab Asia disterminat*, *l* 6.2.4. C. 4.9.

Αἰγιαλὸς, ȣ, *m.* ἐπὶ θαλάσσης μέγιστος ἐκτείνεται litus, *quod a mari longissimè excurrit*, *l.* 3.4.4. A. αἰγιαλὸν, *l.* 4.9.17. Pl. n. αἰγιαλοὶ *ripæ fluminum*, *l.* 8.5.11.

Αἴγλη, ης, *f.* A. s. αἴγλην ἐράνιον fulgorem *cælestem*; *radios alicujus divinitatis indices*, *l* 1.7.9.

Αἴγυπτος, *f. Aegyptus.* Nom. pro. *regionis Africæ*; *dictæ* Voss. *l.* 2. *Theol. Gent. pag.* 618 *ab* αἶα *terra.* & γύπτος, *urbe ejus antiqua*. G. Αἰγύπτȣ, *l.* 6.4.14. D. Αἰγύπτῳ *l.* 7.6.2. *Hinc* Gent. Αἰγύπτιος, ιȣ, *m. Aegyptius*, *l.* 1.17.14.

Αἰδέομαι, &c. αἰδέσιμος, v. αἰδὼς.

Ἀΐδιον, v. ἀεὶ.

Αἰδὼς, *f.* ἡ πρὸς τȣ̀ς φίλȣς reverentia *erga amicos*, *l.* 1.8.5. G. αἰδȣ̃ς τυχὼν *venerationem consequutus*, *l.* 2.3.25. μετ' αἰδȣ̃ς, *reverenter*, *l.* 6.3.12. A. αἰδῶ νέμειν, *vel* ἀπονέμειν τινὶ *reverentiam exhibere alicui*, *l.* 2.2.1. *l.* 4.15.10. *Hinc* Verb.

Αἰδέομαι. Præs. Ind. 2. pl. αἰδεῖσθε *veneramini* (*reges*) *l.* 2.10.3. Part. s. m. n. αἰδέμενος ὁμολογεῖν *veritus*; *erubescens fateri*, *l.* 1.6.8. C. 17.3. Pl. n. αἰδέμενοι *reverentes*, *l.* 2.5.14. C. 11.4. Imperf. 3. s. ᾐδεῖτο *verebatur*, *l* 1.9.1. Pl. 3. ᾐδȣ̃ντο, *l.* 5.4.18. Aor. 1. Ind. pass. *sed* signif. activæ, 3. s. ᾐδέσθη, *recusavit*; *veritus est*, *l.* 3.9.1. Part. s. m. n. αἰδεσθεὶς *reveritus* (*dicta*) *l.* 1.6.21. θεȣ̀ς *deos*, *l.* 3.6.7. A. αἰδεσθέντα *pudore suffusum*, *l.* 7.2.13. *Hinc.* Adj.

Αἰδέσιμος, ȣ, *m. venerabilis*. *l.* 8.3.16.

Αἰεὶ, v. ἀεὶ

Αἰθὴρ, έρος, *m.* A. s. αἰθέρα *ætherem superiorem aëris regionem*, *l.* 4.2.22.

Αἰθίοψ, οπος, *Aethiops.* Nom pro. *gentis*: *ab* αἴθω *ardeo*; & ὄψις *vultus*, *ut putant dictæ*; *ob cutis nigredinem.* Pl. G. Αἰθιόπων, *l.* 1.15.9.

Αἷμα, *n.* G. s. αἵματος ἐμφυλίȣ sanguinis *civilis*

h. e. *cædibus civium*, *l*.1.15.5. μέχρις, *usque ad sanguinis effusionem*, *l*.2.6.22. D. αἵματι, *i*. *l*.2.5.9. *sanguine per cædem effuso*, C. 6. 6. *lacui vel fluvio permixto*, *l*.7.2.14. *l*.8. 5.17. A. αἷμα, *l*.4.4.7. *Hinc* Verb.

Αἱμάσσω. v. ττω, Paff. part. præt. A. f. f. ἡμαγμένην χεῖρα cruentatam; *stillantem sanguine manum*, *l*. 7. 11. 10.

Αἰμιλιανὸς. *Aemilianus* Nom. prop. *ducis Asiæ, à Nigro præfecti*, *l*.3.2.2. G. Αἰμιλιανοῦ, *l*.3.2 5.

Αἰνείας, *Aeneas*, Nom. pro. *viri Phrygij*; *Anchisæ & Veneris filij*; *Romanorum conditoris*. G. Αἰνείου, *l*. 1.11.9. A. Αἰνείαν, *l*.2.3.9.

Αἱρέω. Aor. 2. Ind. 3. pl. εἷλον *ceperunt urbem*, *l*. 8. 6. 7. *Inf*. ἑλεῖν, *l*.8.5.13. Part. pl. n. m. ἑλόντες πίστιν *accepta fide*, *l*.8.4.26. Quod tamen Pol. in sua versione nō agnoscit; & πίστιν jungit cum κηρύξαντες. Fut. 1. Inf. αἱρήσειν πόλιν *capturum esse urbem*, *l*.8.2.5. Paff. præt. part. G. f. m. *sed* sign. activæ, ᾑρημένου ταῦτα στρατοῦ, *quum elegisset hæc exercitus*, *l*.5.5.3. *Et* Paffi. A. pl. ᾑρημένους *electos principes*, *l*.8 7.6. *Sic* Aor. 1. Inf. αἱρεθῆναι βασιλέα *sumi eligi regem*, *l*. 7. 10. 12. Med. Præf. Ind. 3. pl. αἱροῦνται *deligunt* (*regem*.) *l*. 4. 14. 3. ὅπλα *sumunt*; *inferunt arma*, *l*.7.8.8. Aor. 2. Ind. 2. pl. εἵλεσθε *elegistis* (*principem*) *l*. 2. 13. 13. In 3. εἵλοντο *elegerunt* (*ducem*) *l*.7.9.10. Opt. 2. f. ἕλοιο τὰ παρόντα *malueris præsentia*, *l*. 7.5.12. inf. ἑλέσθαι, *eligere*, *l*.7.5.11. Part. f. m. n. ἑλόμενος *malens*, *n*.18. Pl. n. ἑλόμενοι *volentes*, *l*. 8. 8. 18. G. ἑλομένων, *l*.3.4.20. F. f. n. ἑλομένη *decreta* (*mulier*) *l*. 5. 3.23. Fut. 1. Ind. 3. pl. αἱρήσονται *volent*, *l* 2.10.17. *Hinc* Nom.

Αἵρεσις, εως, *f*. *electio*; *optio*, *l*.3.11.11. A. αἵρεσιν προτέραν τῆς ἀξίας *institutum officij pristinum*; *vel pristinam vitam, artificiumque*, *l*.6.1.6.

Αἴρω. Præf. Ind. 3. pl. αἴρουσι *auferunt*, *l*. 3. 9. 20. Aor. 1. Inf. ἆραι εἰς μέγιστον ὕψος τινὰ attollere *aliquem ad summam dignitatem*, *l*. 1.13.12. Part. f. m. n. ἄρας ἀπὸ Ῥαβέννης profectus Ravennâ, *l*.8.7.1. A. ἄραντα αὐτὸν εἰς ὕψος (*equum*) ferentem *eum in sublime*, *l*. 2. 9. 7. Pl. N. ἄραντες σημεῖα sublatis *signis*, C. 6.17. Paff. Aor. 1. Ind. 3. f. ἤρθη εἰς ἐλπίδα elatus est *in spem*, *l*. 2.13.1. εἰς δόξαν ἄν, *in gloriam* evehendus fuisset; vel, *maximam claritudinem*

dinem adepturus fuisset, *l*.7. 3.1. Subj.3.f. ἀρθῆ χῶμα *acervus* aggestus sit, *l*.4.2.18. Inf. ἀρθῆναι εἰς ὕψος attolli *in sublime*, *l*.2.3.5. *l*.4.15.13. Part. f. m.n. ἀρθεὶς τὴν γνώμην erectus *mente*; *sublatus animis*, *l* 2. 9.9. ταῖς ἐλπίσι, *in spem* sublatus, *l*. 3. 12. 16. A. ἀρθέντα *evectum*, *l*.1 13.12. Pl.n. ἀρθέντες ταῖς ἐλπίσι *in spem* erecti, *l*.2 6. 17. F. G. f. ἀρθείσης εἰς ὕψος κλίνης sublati *in altum lecti*, *l*.4.2.3. N.G.f. ἀρθέντος βήματος erecto *tribunali*, *l*.1. 5.4. *l*.2.10.2. Med. Aor.1. vel 2. sing.3 subj. ἄρηται δόξαν acquireret *gloriam*, *l*. 1. 9.12. Inf. ἄρασθαι ἔχθραν capere *inimicitiam*, *inimicum fieri*, *l*. 3. 5 6. δόξαν νίκης consequi *gloriam victoriæ*, *C*.9.1. πόλεμον comparare *bellum*, *l*.7. 10.3. Part. f. A. m. ἀράμενον ἐπὶ τοῖς νώτοις αὐτὸν (*equum*) tollentem *eum in humeros*, *l*.2 9. 7. Pl. N. ἀράμενοι κλέος δόξης adepti *gloriam*, *l*. 4. 14. 18. κλίνην attollentes *lectum humeris*, *C*. 2. 8 ὕδωρ tollentes *aquam*, *l*. 6. 7.17. παιδίον ἐπὶ τῶν ὤμων ferentes *puerum impositum in humeros*, *l*. 7. 10. 15. Καίσαρα tollentes *in altum manibus Cæsarem*, *l*. 8. 8. 15. A. ἀραμένους ὅπλα sublatis *armis*, *l*.6.8.16.

Αἷς, V. ὅς.

Αἰσθάνομαι. Med. Aor.2. Opt.3. pl. αἴσθοιντο τούτων sentirent *hæc*, *l*. 8. 8. 13. Inf. αἰσθέσθαι, *experiri*; *judicium facere*, *l*.1.4.7. Part. f. m. n. αἰσθόμενος τῆς γνώμης conscius *sententiæ*, *l* 2.7.4. Pl. N. αἰσθόμενοι τὸ πάθος intellecta *calamitate*, *l*.1.12.16.

Αἴσιος, ου. *m*. *ab* αἶσα, *f*. *Parca*, *sors*. Pl. N. A. αἴσια (*exta*) *læta*, *auspicata*, *l*.8. 3.17.

Αἰσχρὸς, οῦ, *m* *ab* αἶσχος, *n*. *turpitudo*. F. G. f. αἰσχρᾶς *turpi* (*calumnia*) *l*.2. 6. 18. A. αἰσχρὰν, *l*.2. 6. 21. Pl. D. αἰσχραῖς, *l*. 2.7.4. αἰσχρὰς, *l*.6. 1,12. N. D. f. αἰσχρῷ *turpi* (*fine vitæ*.) *l*.5. 4.23. *Et* substant. *turpitudine*, *l*. 5. 7. 14. Pl. G. αἰσχρῶν *turpium* (*operum*) *l*. 1. 17. 3. D. αἰσχροῖς *fœdissimis* (*studiis*) *l*. 1. 17. 27. In superl. *D*. *f*. *n*. αἰσχίστῳ *turpissimo*, *l*. 1. 15. 15. Pl. G. αἰσχίστων *rerum turpissimarum*, *l*.1.13. 16. D. αἰσχίστοις, *l*.1.6.2. A. αἴσχιστα, *l*.3.13 25. *Hinc* Adv.

Αἰσχρῶς, *turpiter*, *l*. 2, 8. 3. *In* supe rl. αἴσχιστως, *l*.5. 4.13. *Et* subst.

Αἰσχύνη, *f*. G. αἰσχύνης (*cum*) *ignominia*, *l*. 8.8.13.

Αἰτέω. Præs. part. f. m. n. αἰτῶν *petens*, *l*.3.1.4. Imperf. 3. pl. ᾔτουν *petebant*, *l*. 1.11.9 εἰς θάνα-

θάνατον αὐτὸν deposcebant eum ad necem, C. 12. 11. πρὸς ἀνάϛασιν, ad supplicium, l. 6. 9. 6. Aor. 1. Ind. 3. ſ ᾔτησε petiit, l. 3. 11. 18. Inf. αἰτῆσαι, l. 2. 6. 16. Part. pl. n. m. αἰτήσαντες, l. 7. 4. 6. Paſſ. præſ. part. pl. n. A. αἰτούμενα quæ petebantur, l. 1. 6. 26. Med. 3. pl. Imperf. ᾐτοῦντο, petebant, optabant, l. 3. 5. 5.

Αἰτία, f. cauſa, occaſio, l. 1. 8. 14. G. αἰτίας, l. 2. 11. 1. τυχούσης, leVi, l. 3. 8. 14. D. ἐν αἰτίᾳ εἶχον, in culpa habebant; incuſabant, l. 6. 7. 7. A. αἰτίαν εἶχε διαφθορᾶς falſo arguebatur Violatæ Virginitatis, l. 1. 11. 12. εὔλογον, cauſam honeſtam, l. 3. 5. 6. ἐπαγαγὼν cauſatus, l. 4. 6. 6. ἔχειν cauſam habere, l. 7. 1. 23. βραχεῖαν leViſſimam, C. 7. 7. Pl. N. αἰτίαι, l. 7. 1. 26. ἄλογοι leVes, C. 4. 1. D. αἰτίαις ἐπὶ βραχυτάταις, ἢ οὐδ' ὑφεϛώσαις, minima quaque de cauſa, Vel plane nulla, l. 4. 6. 5. μεγίϛαις criminibus maximis, l. 6. 1. 15. ἐπ' εὐλόγοις juſtis cauſis, l. 7. 10. 2. A. αἰτίας ἀναφέρειν εἴς τινα cauſam in aliquem conferre, l. 1. 12. 11. ἐπιφέρειν τινὶ, exprobrare alicui; allegare cauſam, l. 3. 8. 12. γελοιοτάτας maxime ridiculas cauſas, l. 5. 7. 11. In l. 2. 7. 4. G. ſ. αἰτίας Steph. putat, aut aliud ſcriptum fuiſſe, aut hoc aliter quàm pro cauſa acceptum. Sylb. pro eo legit ἀλαζονείας. Hinc

Αἴτιος, ου, m. autor, l. 2. 2. 13. A. αἴτιον καὶ ἀρχηγὸν, l. 2. 6. 22. Pl. A. αἰτίους. l. 5. 8. 15. N. n. ſ. αἴτιον cauſa, l. 3. 4. 18. A. l. 7. 5. 9. Et Verb.

Αἰτιάομαι, Med. part. præſ. ſ. m. n. αἰτιώμενος incuſans, l. 6. 9. 10. A. αἰτιώμενόν τινα ἐπί τινι accuſantem aliquem ob aliquid, l. 6. 1. 21. Imperf. 3. ſ. ᾐτιᾶτο αὐτὸν incuſabat; increpabat eum, l. 3. 12. 8. l. 6. 1. 16. C. 9. 2.

Αἰτούμενα, αι, τῶν, V. αἰτέω.

Αἰφνίδιος, C. ab ἄφνω, repente; ex ἀ pr. & φαίνομαι appareo. F. G. ſ. αἰφνιδίου repentini (impetus) l. 1. 6. 8. D. αἰφνιδίῳ, l. 3. 14. 8. A. αἰφνίδιον, l. 2. 3. 3. Hinc Adv.

Αἰφνιδίως, ſubito, repente, ſtatim, l. 1. 6. 7. C. 8. 12. C. 10. 14. l. 2. 1. 6.

Αἰχμάλωτος, ου, C. ex αἰχμὴ cuſpis, & ἁλωτὸς, qui capi poteſt: ab ἁλίσκω capio, ληφθεὶς, captivus actus; ductus, l. 5. 4. 13. Pl. N. αἰχμάλωτοι, l. 7. 2. 3. A. αἰχμαλώτους λαμβάνειν captiVos agere, l. 1. 13. 2. F. pl. A. αἰχμαλώτους λείας ἀπάγειν captiVas prædas abducere, l. 8. 3. 3.

Αἰχμὴ, ῆς, f. D. ſ. αἰχμῇ τοῦ δόρατος cuſpide jaculi, l. 1. 15.

l. 1. 15. 13. *Ex quo &* φέρω, *fero, fit.*

Αἰχμοφόρος, ου, *m. hastam ferens; satelles.* G. pl. αἰχμοφόρων, *l.* 1. 10. 14.

Αἰών, ῶνος, *m.* A. f. αἰῶνα ἐπὶ πλεῖστον *in diuturnum tempus; diutissime, l.* 1. 6. 14. εἰς ἐσόμενον, *in ævum posterum; posteris, C.* 4. 18. *Hinc*

Αἰώνιος, G. f. n. f. πίστις, sempiterna *fides, l.* 8. 7. 18. G. αἰωνίου, *l.* 4. 11. 2. A. αἰώνιον, *l.* 1. 6. 19. Pl. A. αἰωνίους ἱερουργίας seculares *sacras festivitates*, 3. *ætatum spatio definitas.* v. *Not. Cl.* Bœcleri.

Αἰωρέω. Præf. part. pl. n. m. αἰωροῦντες ὑπὲρ κεφαλῆς attollentes *supra capita* (*clypeos*) *l.* 2. 6. 19. Paff. præf. part. A. m. f. αἰωρούμενον ματαίαις ἐλπίσι sublatum *vana spe, l.* 6. 2. 9.

Ἄκαιρος, C. *ex* ἀ *pr. &* καιρὸς, *m. tempus opportunum.* F. G. f. ἀκαίρου παῤῥησίας intempestivæ *libertatis dicendi, l.* 1. 9. 14.

Ἀκάλυπτος, ου, *C. ex* ἀ *pr. &* καλύπτω *tego* F. D. f. ἀκαλύπτῳ *aperto* (*capite*) *l.* 3. 6. 22.

Ἀκατασήμαντος, ου, C. *ex* ἀ *pr.* κ῀ *&* σημαίνω, *signo* N. n. f. ἀκατασήμαντον, *quod nullis sigillis; vel literis signatis probari potest, l.* 3. 11. 19.

Ἀκερδής, έος, *C. ex* ἀ *pr. &* κέρδος *n. lucrum.* N. f. A. ἀκερδὲς *minus lucrosum, l.* 6. 8. 10

Ἀκινδύνως, Adv. *tutò; sine periculo, l.* 1. 4. 11. *ex* ἀ *pr. &* κίνδυνος, *m. periculum.*

Ἀκὶς, ίδος, *f. ab* ἀκὴ *mucro.* Pl. A. ἀκίδας *mucrones,* (*sagittarum*) *l.* 8. 4. 30.

Ἀκμὴ, *f.* G. f. ἀκμῆς *flore* (*ætatis*) *l.* 5. 3. 15. D. ἀκμῇ, *l.* 1. 7. 8. ἐν ἀκμῇ ὄντες *quibus ætas integra est, l.* 6. 3. 12. A. ἀκμὴν ὀδόντων aciem *dentium, l.* 1. 15. 13. Pl. N. ἀκμαὶ μηνοειδεῖς cuspides *lunatæ, l.* 1. 15. 11. *Hinc* Adj.

Ἀκμαῖος, ου, *m.* ἡλικίαν, *florens ætate; integer ævi, l.* 5. 3. 14. fuperl. pl. A. m. ἀκμαιοτάτους *florentissimos, ætate; robustissimos, l.* 2. 14. 10. *Et* Verb.

Ἀκμάζω Præf part. G. f. m. ἀκμάζοντος *florentis* (*ætate,*) *l.* 2. 15. 7. A. ἀκμάζοντα, *l.* 7. 6. 11. N. G. f. ἀκμάζοντος θέρους adulta jam *æstate, l.* 5. 6. 13. Pl. G. ἀκμαζόντων *maturis jam* (*segetibus*) *l.* 7. 2. 6. A. ἀκμάζοντα *maturos* (*flores*) *l.* 1. 7. 4. F. n. f. ἀκμάζουσα *florens* (*urbs multitudine homi-*

hominum) *l.* 3.9.8. ἡλικία *vivida ætas*, *l.*6.1.11. G. ἀκμάζουσης νυκτὸς *nocte* intempesta; *media*, *l.*2.1.12. ἡμέρας *ipso meridie*, C.53. D. ἀκμαζούσῃ *florenti* (*ætate*) *l.*3.10.11. A. ἀκμάζουσαν *florentem* (*urbem*) *l.*3.1.10. Pl. A. ἀκμαζούσας ὀρέξεις *vigentes appetitus*, *l.*6.1.12. *Hinc* Nom.

Ἀκμαστὴς, οῦ, *m.* A. f. ἀκμαστὴν *strenuum adolescentem vigentem ætate ac viribus*, *l.*1.17.24.

Ἀκμὴς, ῆτος, *m.* ex ἀ *pr.* & κάμνω *fatigor.* D. f. ἀκμῆτι στρατῷ recenti; *prælius nondum defatigato exercitu*, *l.* 3.7.9. A. ἀκμῆτα, 10.

Ἀκοαι, v. ἀκούω.

Ἀκοινώνητος, ου, C. ex ἀ *pr.* & κοινωνέω *communico.* N. n. f. ἀκοινώνητον ἐν τῆς ἐξουσίας incommunicabilis *est natura potestatis*, *l.* 8.8.7.

Ἀκόλαστος, ου, C. ex ἀ *pr.* & κολάζω *punio.* D. m. f. ἀκολάστῳ *luxuriosa* (*vita*) *l.* 7.8.15. F.G.f. ἀκολάστου *immoderata*(*tyrannide*) *l.*2.1.8. A. ἀκόλαστον *immodicam* (*licentiam*) Sylb. mauult. legere, ἀκώλυτον, non impeditam, *l.*2.5.2. Pl. n. ἀκόλαστοι *effrenæ* (*voluptates*) *l.*1.13.15.

Ἀκολουθέω. Plusq. 3. pl. ἠκολουθήκεισαν αὐτῷ sequuti erant *ipsum*, *l.*6.7.18. Aor. 1. Ind. 3.f. ἠκολούθησε *sequi cœpit* (*navis*) *l.*1.11.3. Part. pl. n. n3 ἀκολουθήσαντα, *sequuta*; *eventus rerum*, *l.* 1.14.12. *Hinc* Nom.

Ἀκολουθία, ίας, *f.* A. f. κατ᾽ ἀκολουθίαν *per consequentiam*, & *quasi per gradus quosdam*(*ad imperij culmen ascendere*) *l.*7.5.5. *l.*8.6.10.

Ἀκονάω, *ab* ἀκόνη, *cos.* Aor. 1. Ind. 3. pl. ἠκόνησαν ψυχὴν εἰς τραχύτητα acuerunt *animum ad truculentiam*; *exasperarunt*, *l.*7.1.26.

